

ciat? Quid quaeſo ſic commercii nobis cum Florinianis, qui diſerte DEUM autorem mali conſtituebant, ut eapropter ab IRENAEO, BASILIO M. aliisque vehementer caſtigantur?

§. XVII.

Siftimus hic gradum, & ad Articulum de JUSTIFICATIONE tendimus, in quo ita ſe geffit ecclesia noſtra, ut vel pro hac ſola doctrina Apoſtolica, ex tenebris papalibus reſtituta, infinitae grates DEO ſint agenda, teſtibus multis ex Pontificiis iplis, qui ubi ad conſolandoſ aegroſ & moribundoſ ſe accinxerunt, doctrina de iuſtitia operum plane ſepoſita, ad meriſum Christi & iuſtitiam imputatiua homineſ ablegarunt, & credere, atque hac iſide e vita migrare juſſerunt. O quam cauteriatam oportet eſſe conſcientiam, quae eam damaſcat doctrinam, qua unica ſibi ſubveniri poſſe novit in tentationibus Satanae, & agnoſcit ſtramineas omneſ eſſe operum conſcioneſ, niſi priuſ doctrina de justificatione ex ſolo merito Christi nobis imputato, & iſide ſola, quae illud apprehendit, ſi bique applicat, conſequenda, recte teneatur. Ve- rum quantam conuisionem vere Babeliticam hic nobis exhibeant adverſarii noſtri, facile appetet. Non enim exutie- muſ nunc ſententias illorum, dudum ſiquidem hoc fuſcep- tum eſt negotii a noſtratibus, nec colligemuſ ſcommata, quae in hanc doctrinam diviniſſimam jaciunt, quaeque in Christum iplum, ejusque meriſum tandem redundant: ſuffi- ciet nobis faltem recenſere haereticoruſ probroſa nomi- na, quibus in hoc negotio noſ insigniunt. SIMONIS MAGI quis credat hic turpiſſima deliria nobis imputari? Audia- tur vero Bellarminus: Simoniani docebant, ſalvari homineſ ſecundum gratiam Simonis, quem DEUM faciebant, & non ſecundum operaſ justas, inquit Irenaeus. Lutheruſ in libro de

D 2

capti-